

## **Esempi essenziali**

Il tema del nome latino:

*Regina apostolo-rum*

*Regina virgin-um*

*Regina sancto-rum omni-um*

*Regina propheta-rum*

*Refugium peccator-um*

*Regina martyr-um*

I cambiamenti del nome latino

**Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto.**

*Sicut erat in principio, et nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen.*

**In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti**

**Pater noster, qui es in caelis,/ sanctificetur nomen tuum,/ adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua,/ sicut in caelo, et in terra.**

*Panem nostrum cotidianum da nobis hodie;/ et dimitte nobis debita nostra,/sicut et nos dimittimus debitoribus nostris;*

*et ne nos inducas in temptationem,/ sed libera nos a malo*

**Credo in unum deum / Patrem omnipotentem / factorem caeli et Terrae / visibilium omnium et invisibilium.**

**Et in unum dominum Jesum Christum / filium Dei unigenitum / et **ex patre** natum/ ante omnia saecula. / Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, / genitum non factum / consubstantiale **Patri**:/ per quem omnia facta sunt;/ qui propter nos homines/ et propter nostram salutem,/ descendit de caelis, / et incarnatus est **de Spiritu Sancto** ex Maria Virgine / et homo factus est, / crucifixus etiam / pro nobis sub Pontio Pilato, passus et sepultus est, / et resurrexit tertia die secundum Scripturas,/ et ascendit in caelum, / sedet ad dexteram **Patris**, / et iterum venturus est cum gloria, / iudicare vivos et mortuos, / cuius regni non erit finis.**

*Et in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificantem, / qui ex Patre Filioque procedit, / qui cum Patre et Filio simul adoratur / et conglorificatur, / qui locutus est per prophetas.*

*Et unam sanctam catholicam / et apostolicam Ecclesiam. /*

*Confiteor unum Baptisma / in remissionem peccatorum.*

*Et exspecto resurrectionem mortuorum,/ et vitam venturi sæculi.*